

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8465

Auteur(s) : Guillaume du Hommet [particulier]

Bénéficiaire(s) : Adam de Port [particulier]

Genre d'acte : autre

Authenticité : non suspect

Datation : ...1190...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord entre Guillaume du Hommet et Adam de Port

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Hardy Gaston, *Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon*, Caen, H. Delesques, 1897, Pièces, n° 9, p. 265-266.

Dissertation critique

Datation proposée par G. Le Hardy.

Texte d'après a

Sciunt omnes tam presentes quam futuri quod talis est concordia facta inter Willem. de Humeto et Adam de Port de tenemento quod Ricardus de Humeto et Agnes uxor ejus dederat Willelmo de Aureavalle et Ricardo filio ejus, et Gaufrido fratri ejus, pro parte et re...? et hereditagiorum que Engerrannus de Sae et Gislebertus frater ejus tenuerunt, scilicet Lengroniam et Ivetot. Post mortem vero predictorum Will. de Aureavalle et Ricardi Filii ejus predictæ terræ, scilicet Lengronia et Ivetot, venerunt in manu Ade de Portu et Mabile uxoris ejus cum aliis heritagii que sepedictus Will. de Aureavalle tenuit. Et de predictis terris et hereditagiis dederunt Adam de Port et Mabilia uxor ejus Gaufrido de Aureavalle pro homagio suo et pro parte quam clamabat versus eos : Lengroniam, Lestre et Waudrevill ; Gaufridus vero de Aureavalle concessu et voluntate Ade de Port et Mabillæ uxoris ejus fecit Willelmum de Humeto cognatum suum heredem de terra sua de Lengronia ; Et pro hac donatione et hereditatione dedit Will. de Humeto Gaufrido de Aureavalle CC libras andegavenses de quibus adquietavit eum erga dominum regem Henricum filium Matillis ; et Ego Willelmus de Humeto dimisi et quietavi Ade de Port et heredibus suis de me et heredibus meis Lestre et Waudrevill, et pro hoc fine dimisi Ade de Port et heredibus suis feodum Alex. de Borhun quod Johannes pater ejus dedit Ricardo de Humeto patri meo. Et ego Will. de Humeto deveni homo Ade de Port de predicta terra de Lengronia, concessu et voluntate Mabillis uxoris ejus, ad tenendam predictam terram de Lengronia mihi et heredibus meis de Ada de Port et heredibus suis, libere in pace et quiete ab omni servitio et omni exactione sibi et heredibus suis pertinente, per reddendum unum esperverium mutarium de manu hominis annuatim in festo Sti Michaelis. Testibus istis : Thomas de Brikevillo. – Gaufridus de Soligneo. – Roger de Escuris. – Radulfus de Agnis. – Roberto de Verle. – Roberto de Haia. – Thomas de Ouvillers. – Will. de Mosteriis. – Matheus de Escur. – Jordano Capellano.